

reliquà duo in modo quod dicimus. Prorsus hęc sit in docendo eloquentia, non ut libeat quod horrebat, aut ut vt fiat quod pigeat, sed ut appareat qđ latebat. Quod si etiam delectare vult eum cui dicit aut flectere, non quocumq; modo hoc dixerit, sed interest quomodo dicat ut faciat. Sicut est autem ut teneatur ad audiēdū delectandus audītor, ita flectendus ut moueatur ad agendum, & sicut delectatur si suauiter loqueris, ita flectetur si amet quod polliceris, timeat quod miaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectis, qđ dolendum exaggeras doleat, cum quid letandū prēcas gaudeat, misereatur eorum, quos miserādos ante oculos dicendo constituis, fugiat eos quos cauendos terrendo preponis, & quidquid aliud grandi eloquentia fieri potest, ad commouendos ánimos audītorum, non quid agendum sit ut sciant, sed quod agant, quę agendum esse iam sciunt. Oportet ergo eloquentem ecclesiasticum quando suadet aliquid quod agendum est, nō solum docere ut instruat, & delectare ut ueniat, verum etiam flectere ut uiuēt.

DE TRIPLO GENERE LOCUTIONIS.
QVODROMANI DOCTOR ELOQVII
ITA DISTINXIT. Ca. XXXII.

ECCLESIASTES

D hēc enim triā id est ut doceat, delectet, ut fle.
a Etat, etiam illa triā uidentur pertinere uoluisse
idem ipse Romāi author eloquij, cum totidem
dicit, Is erit igit̄ eloquens, qui poterit parua summisſe,
modica temperate, magna granditer dicere, tanquam
si adderet illa etiam tria. & sic explicaret unā eādemq;
sentenciam dicens. Is erit ergo eloquens, qui ut doceat
poterit parua summisſe, ut delectet modica téperate;
ut flectat magna dicere granditer. Hēc autem triā ille
ab eo dicta sunt in causis forensibus posset ostendere;

non autem hic, hoc est in ecclesiasticis questionibus in
quibus huius quem volumus informare sermo uersat.
In illis enim ea parua dicuntur, vbi de rebus pecunia-
riis iudicandum est, ea magna, ubi de salute ac capite
omnium, ea vero vbi nihil iudicandum est nihilque agit
ut agat siue discernat, sed tantummodo ut delectetur
auditor inter utrumque, quorum media & ob hoc modica
hoc est moderata dixerit, modicis enim modis nomen
posuit, nam modica pro paruis abusue non propriè di-
cimus, in istis autem nostris quando quidem omnia
maximeque de loco superiore dicimus, populis had ho-
minum salutem, nec temporariam, sed eternā referre
debemus, vbi etiā cauendus est eternus interitus, oīa
sunt magna que dicimus, vsque adeo ut nec de ipsis pe-
cuniariis rebus vel acquirendis vel amittendis parua
videri debeant, que doctor ecclesiasticus dicit. Siue sit
illa magna siue parua pecunia, Neque enim parua est iu-
sticia, quam profecto & paruo pecunia custodire debe-
mus, dicente domino, Qui in minimo fidelis est, & in
magnō fidelis est, Quod ergo minimum est, minimum
est, sed in minimo fidelem esse magnum est.

QVANDO SVMMISSO GENERE, ET
QVANDO TEMPERATO, QVANDO
que grandis utendum sit. Ca. XXXIII.

Tamen cum doctor iste debeat rerum dictor
esse magnarum, non semper eas debet gradis
dicere, sed summisse cum aliquid docetur, tem-
perate, cum aliquid vituperatur siue laudatur, cū uero
aliquid agendum est, & ad eos loquimur qui hoc age-
re debent, nec tamen volunt, tunc ea que magna sunt
dicenda sunt granditer, & ad flectendos animos con-
gruenter, & aliquando de vna eademque rem magna &
summisse dicitur si docetur, & temperate si predicatur,

t